



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 120. Scriptores A catholici hoc anno defuncti, eorumque lucubrationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII.

A. C. 1712.

§. CXX.

Scriptores A catholici hoc anno defuncti, eorumque opera.

Celebriores ex Scriptoribus Eterodis eodem anno mortuis erant. I. Philippus a Limborch, qui edidit Remonstrantium epistolas Theologicas Theologiam Christianam, amicam collationem cum Judæo de veritate Christianæ Religionis, Historiam Inquisitionis, commentarium in acta Apost. & Epistolas ad Rom. Vitam Simonis Episcopi &c. II. Jacobus Rhenferd publici juris fecit dissertationem de viis Dei, Argumenta, quibus probatur mortem corporalem non esse penam peccati, controversiam de morte corporali, dissertationem de stylo N. T. de sensu Apocalypseos cabalistico, de fictis Judæorum hæresibus, de statuis & Aris, falsis verisque Dei Internuntiis & plura alia. III. Joannes Pfeiffer divulgavit dissertationem de gradibus Sanctitatis Christiani Viatoris, de Altari Jerosolymitano, & de dignitate occidentalis plagæ. IV. Joannes Faes scripsit de Jubilæis Rom. Pontificum, de cereis baptismalibus, expositionem in epistolam ad Philemonem, & annotationem Bullæ Jubilæi Anni 1700.

V. Constantinus Schütz edidit anti-^{Sæc. XVIII.}
 quam & Catholicam fidem vindicatam, ^{A. C. 1712.}
 fiduciam bonæ causæ, infelicem la-
 queum multorum Clericorum, manes
 Rothmani intempestive evocatos, &
 apologiam contra Catalogum errorum
 sibi imputatorum. VI. Daniel Moller
 agitavit quæstionem absurdissimam: *an*
D. Pauli Caput I. Rom. sine profanorum
Authorum præcipue Petronii cognitione in-
telligi queat? edidit etiam opuscula
 ethica, problematico - critica,
 & historica.



HISTO-